



**Oratio causas expulsi & restituti ducis Vuirtenberg?[n]sis,  
Res[que] nuper in Suevia ab illustriss.Hessor?[m] Principe  
Philippo gestas, tum pacis conditiones continens mire  
elegans & artificiosa.**

<https://hdl.handle.net/1874/429767>

ΘΕΟΣ  
DEVS

# Oratio causas

expulsi & restituti ducis Vuirtenbergensis, Resq; nuper in Suevia ab illustriss. Hesorum Principe PHILIPPO gestas, tum pacis conditiones continens mire elegans & artificiosa.

N. A. BARBATO autore.

Petrus Nigidius, Lectori.

Hec noua iam pſtas oratio, cādide Lector,  
Nuper erat nostrae sic recitata Scholæ.  
Plausim⁹, et merito, grauiter nā dicere verū  
Sensimus, & faci prorsus habere nihil.  
Perlege & explora, quanto sit acumine nata  
Oblectamentum ſepe legendo feres.  
Post vbi legisti, nō quemlibet esse magistrū  
Barbatum sed enim, qui dedit ista, puta.



1. **Alma** 100. 100. 100.

2. **Verbi** **glori** **et** **glori** **glori** **glori**

3. **Verbi** **glori** **et** **glori** **glori** **glori**

4. **Verbi** **glori** **et** **glori** **glori** **glori**

5. **Verbi** **glori** **et** **glori** **glori** **glori**

6. **Verbi** **glori** **et** **glori** **glori** **glori**

7. **Verbi** **glori** **et** **glori** **glori** **glori**

8. **Verbi** **glori** **et** **glori** **glori** **glori**

9. **Verbi** **glori** **et** **glori** **glori** **glori**

10. **Verbi** **glori** **et** **glori** **glori** **glori**

11. **Verbi** **glori** **et** **glori** **glori** **glori**

12. **Verbi** **glori** **et** **glori** **glori** **glori**

13. **Verbi** **glori** **et** **glori** **glori** **glori**

14. **Verbi** **glori** **et** **glori** **glori** **glori**

15. **Verbi** **glori** **et** **glori** **glori** **glori**

16. **Verbi** **glori** **et** **glori** **glori** **glori**

17. **Verbi** **glori** **et** **glori** **glori** **glori**

18. **Verbi** **glori** **et** **glori** **glori** **glori**

19. **Verbi** **glori** **et** **glori** **glori** **glori**

20. **Verbi** **glori** **et** **glori** **glori** **glori**

21. **Verbi** **glori** **et** **glori** **glori** **glori**

22. **Verbi** **glori** **et** **glori** **glori** **glori**

23. **Verbi** **glori** **et** **glori** **glori** **glori**

24. **Verbi** **glori** **et** **glori** **glori** **glori**

GENERO SO IOANNI SEYNAEO, CO  
miti in Vuitgensteyn & domino Homburgi D: suo clemen-  
tis: N. Af: Barbatus S. D. P.



RATIONEM HANC NVPER MOX A  
reditu e Suevia Illustris. principis nostri PHI-  
LIPPI, in Academia Marpurgensi habitam, cur  
sub tui nominis autoritate edam comes gene-  
rose , multæ sunt & variae cause, quartum  
tres potiores, omisis cæteris memorabuntur  
Cum enim nuper in arcem tuam Bernburgum  
vocatus, liberaliterq; acceptus essem, facile ania-  
maduerti quanto studio addictus esses illustris. principi nostro, cum eu-  
rerum euentum a deo optimo maximo precareris, qui mox est secut⁹.  
Inde vbi Marpurgum rediisse, esse meq; conuiua D. Jacobi Salvuech-  
ter hominis candidissimi, & tui studiosissimi, fideliss. q; consultoris,  
comperi te arctissimo gradu Marckanorū principum familiam continua-  
gere: tum verò tanto gratificandi tibi studio sum inflammatus, vt non  
prius viderer animo quieto futurus, quam id quod desyderabā, aliquæ  
ex parte experirer. Eaenim est Marckanorum familia, cui vni, quod su-  
perstes sum adhuc, quod viuo, quod spiro, acceptum debeo. Habet hæc  
nostro seculo Erardum Marckanum Episcopum Leodiensem, principe  
vt Musis amicissimum, ita pacis amantissimum, cuius autoritate resloruit,  
a Caroli Burgundie ducis irruptione, respub: Leodiensium, adeo vt  
nullum vestigium appareat tantæ calamitatis acceptæ , pulcherrima  
omniū vrbe ab hoc presule & editiss ornata & optimis legibus con-  
stituta. Huius frater erat Robertus, cantatus nostri temporis Achilles,  
cuius & in re militari peritiam , & in rebus gerendis fortitudinem &  
felicitatem non modo Gallie , verumetiam Europa vniuersa multis  
argumentis agnoscit. Hunc Robertus filius vt nomine, ita rerū gesta-  
rum & multitudine & magnitudine refert. Par fratri Gulielmus paren-  
tis generositatem nihil oī felicitius item refert, adeòq; contendit semper,  
vt si fortuna non adspiret, virtus saltem æqualem faciat. Quid memo-  
rem præsidium & dulce decus meum Antonium, qui primus venien-  
tem me in Gallias e mediis miseriarū calamitatibus exceptit, exceptū fo-  
uit indulgentissime, quem ad sacra destinatum non paciebatur vel pro-  
genitorum sanguis, vel literarum studia, quæ generosos animos nō pa-  
rum iuvant, à Martiis rebus alienum esse. Poetico furore saepe corrept⁹

carmen scribebat fælicissime, id q̄ ex tempore. In philosophicæ studiis  
Platonicorum mysteriorū indagator erat sedulus, quem si fata super-  
stitem voluissent, poterat nulli secundus esse eorum, qui e principum  
sanguine oriundi in literarum studiis, adeo q̄ in omni philosophicæ ge-  
nere claruere. Non alienus à litteris non à Marte erat Ioannes, qui mo-  
rum facilitate, fratrū studiis adiecta, omnes optime nati principis nume-  
ros absoluit. Minimus natu Ciriacus erat, qui fere puer adhuc missus  
in miliciam à patre, Rhodum venisse, ibi q̄ contra Christi hostem Tur-  
cam pugnans, re ipsa quorum esset ostendisse dicitur. Mater erat Sym-  
mæti principis in Hannonia soror fælicissima & tanta sobolis nume-  
ro, & virtutibus fæmina, quorum omnium eo libentius memini, vt  
videant, si hæc fortassis in illorum manus venerint, non omnino pe-  
tuisse beneficia, quæ in Asclepium contulerunt, si modo non peritisse est  
agnoscere tantum, non etiam referre beneficium posse. Tertia causa est  
quod nuper principem istam puellam Margaretam Hennenbergensem  
Guilielmi optimi principis filiam, sponsam acceperis, cuius frater Ioan-  
nes Ecclesiæ Fuldensis princeps, me e Lutecia Parisiorum in Germaniæ  
reduxit, nec diu post maritum fecit, tradita in uxore ea puella, quæ deo-  
gerente nomen hoc hactenus seruauit, quod ad me tulit, vt probâ sim-  
plex integra & habeatur & sit, quia dote meliorem equidem ignoro.  
His causis alias adicerem, nisi epistolæ rationē, & operis, cui ea propo-  
nitur haberem. Accipe igitur Generose comes oratiunculam hanc mo-  
do: quam cur habuerim ipsa dicet, cur edam, ea est ratio & oratio ne res-  
tum tantarum memoria pereat, ita q̄ prodeat vt exemplum sit scriptu-  
ris, qui dum omnia explicare volunt curiosius sæpe notas sinurunt eis,  
qui nullam notam meruerunt, qui enim harum rerum autor habetur  
Illustriss. princeps & dux virtembergensis Vlricus, in eo fortunā cul-  
pes licet, ipsum certe culpare nemo potest. deinde qui post tantos mo-  
nis conditiones pacis non recularunt, digni certe sunt, quos sume-  
mis laudibus prosequamur. Absint igitur conuicia, quorū  
virtutibus explicandis nemo s' re fatisse potest. Mit-  
tam mox Epithalamion vbi generosissimā puel-  
lam istam domum duxeris, quod tam no-  
bile coniugium deus optimus  
maximus & secundet  
& secundet.

Interituræ



Nterituræ nunque memorix, siue effecta prædicaturus, siue celebraturus euenta, anceps sum fateor, totus quod animi pendo, vnde nam suam tantarum initia rerum, vbi finem inueniam. Quæ enim res maximis nuper ceptæ conatibus, mortales omnes trepidare fecerunt, quæ non in diuersas partes distractu ambigere faciant, nec diu post ex optatum finem sortitæ, tanto nos

hilariores, quanto minus leætæ expectabantur, reddidere, quem cogitatem non distrahant? Quem obsecro res vix alias auditæ sua magnitudin ne non terreat, quæ ipsi Romano imperio, quod tot seculis, quon non alius per terrarum orbem principatus, sacro sanctum stetit, adeo quod toti reipub. Christianæ ruinam moliri sunt visæ. Et nouitatem quæ non moueant, quæ nationes gentesque commotas reddidere. Euentus contra ras, qualis (vt omnia Ioui ipsi, dicitur cæteris immortalibus numina adi mas, aut saltem deos ipsos nihil humanorum fatagere credas) certe sine deo asserere, sine diuiniori quadam prouidentia regi, putare nullo argu mento queas. Quid enim si quatuor initiorum istorum, ex quibus constata quodammodo sunt vniuersa confusis ordinibus, septem errantib syderi turbato cursu, fracto temone machinæ cælestis, inclinati utrinq axibus cælum ruiturum crederes, Atlantem laborare, Herculem vi ces detrectare, mortales omnes male ominari, desperare, & exanimari, mox autem nil tale ne somniantibus quidem nobis, concordiam fieri, & contrariorum magis quod nuper concinnam spuviaper, consueto itinere progreedi errores, redire rectis angulis polos, pro uno Atlante diros, pro uno Hercule multos, ecquo tot minarum plenis omnibus rerum plena optime casurarum confidentiam fieri. Quid inque diceres? Nunquid non putaramque vox est, fortunæ se permittentium: nonne prælenti propicio quod deo aliquo omnia administrari: quod sapientes recte credidere. Tum admirationi esse eum principem, & omnibus virtutum nume ris absolutum, omni cumulatum laude virtutum, per quem, deus Opt: Max: conditionis humani generis misertus, orbis vniuerso præcipuo autem Europæ nostræ concordiam, pacemque contulerit stabilem & perpetuam. Hic est ille princeps hic est inque princeps ille Hesperorum PHILLIPPVS, nulli.

fecundus eorum, quotquot egregie factis, & in deum religione, in subditos pietate, in orationes officiis sempiternitate nominis, in hisce terrarum orbis angustiis meruere, inq; deum numero exemptus mortalibus referri: Quo procurante, lucem rebus humanis & desideratam iam tot annis tranquillitatem, deus Opt: Max: reddidit stabiliuitate. Quarum rerum argumentis tam perplexisq; rariss, & variis remorant quodammodo ingenio meo iniicientib;, constituti aliquādū liberabundus, maturoq; (ni fallar) habito consilio recusavi iunctiān ratiōnē, & incertos aleas iactus formidans, pares sibi materia ipsa facultates, imaginationes & (ut græci vocant) παντοτε adferente, tutissimū securissimumq; esse duxi, ad priuata conuersum, ceptarum rerum cursum non interrupere, auspicis nouarum, dubium eventū portendentibus. Ecce quod minime omnium rebar, nescio quae admiratio mentē paulatim subiit, subsequit admirationem nescio quae scintillula Genialis amoris erga principem nostrum illustris: studiorum Maecenatem præcipuum. Siue is Patriæ Genius sit, quo nihil equidē reor efficacius, siue grati & simplicis animi candor erga eum principem, qui te studiorum ergo vocarit, vocatum liberalibus studiis educet, siue ipsarum literarum vis & Scholæ nostræ numen, cuius scholæ fundamenta egregie ab illustriss: principe iacta videremus. Siue alius occultior impetus, adeo ut temperare minhi nequaquam possem, quo minus ut quodq; in buccam venit, in hoc ornatis, vestro consensu expuam, quo ordine, quo nitore, dummodo vere, ne nauci quidem faciens. Cumq; populus ipse Hessian totū hunc mensam a reditu illustris, principis ferias sibi indixerit, quibus, clausis officiis tabernisq; omnibus, ad tempora concurrunt, soluuntur vota, offeruntur preces misericordis: deo, qui rebus tam dubiis saluberrimo fine consuluerit, Quid nos? Qui priuilegiis principalibus, cæterarum rerum & officiorum immunes, liberaliter ociamur, ferias ne priuatas nuncupabimus: An ne res tantas ratione putabimus? oratione illustrabim? & rerum audita tantarum pensataq; magnitudine, ad preculas conuersi, deo laudem cōcinnemus: qui res pluitq; Tragicas, adeo plusq; Comica quadam catastrophe finiuit. Quare Ioannes Rudeli Rector magistri, doctores prestantissimi, professores ornatissimi, Ciues optimi, auditores humaniss: candidis auribus excipite, quicquid non me quidem sed aliunde velut dilapso furore, imò Scholæ vestræ numine effundente verius q; dicente elapsum erit. Evidenter nūsc̄ evidenter q; in hac causa compperi, quod ab ingeniosissimo poeta de poetis dictum est, Impetus hic sacræ semina mentis habet. Tradunt hystorix in rebus aliquoties

aliquoties dubium habere visis etentum , insipientium hominū auditas vōces, victoria victoria proclamantium , nec fecellit missam vocem euentus. Quare & hæc mea qualiscunq̄ oratio, si nihil aliud sit habitura nitoris , nihil elegantiae , haheatur quæso hominis insipientis, dummodo, quod fælix faustumq̄ sit principi Illustrissi: Spartæ nostræ hoc est Hessianum patriæ, totiq̄ orbi Christiano , nihil aliud audiatur q̄ lo triumphhe, lo triumphhe , victoria victoria , viuat viuat Hessa. Sed tempus est ut ordinem quandam dicendorum reperiām , si non inuenientia telæ extremitate, at rupto vtrinq̄ filo & veluti Gordii nodi secto sūniculo. Primas igitur sibi partes in hac nostra oratione causæ tantorum motuum , & factæ in Sueviam irruptionis vendicanto. Hinc quemadmodum hoc est, q̄ prudenter, fortiter, quāta innocentia & fælicitate bellum sit gestum enarrator. Tertius locus belli euentum explicato, tum cuius rei gratia potis: huic confluximus , actis deo immortali grazias finem habeto oratio. Causæ inquam primo loco explicantur, quandoquidem ex his si iustæ, si pœna sunt , euentus melioris ominis pendet. Nec potest itare gestum bellum videri, quod contra ius sit motum. Et iam olim à non indocto neq̄ incelebri poeta quodam , sed a poeta tamen , nemini non persuasum est Tyrannum crudelissimum, quotquot omnibus retroactis sæculis fuere, ducem Vuirtenbergensem esse , quæ persuasio nisi eximatur ex hominum visceribus , videbitur Tyrannum Tyrannus restituisse, necessario igitur hinc narrationem ordi- mur. Cum pietatis & religionis Christianæ nomine, maximis & potentiss. principibus inusum se iampridem sensisset PHILIPPVS Hessorum , eoque nomine nuncq̄ non in armis esset vigilantis: acerri- musq̄ hæros , ne videlicet sui populares , quorum curam gerit vñice, quosq̄ amat ut pater filios, ludibrio essent & predæ expositi, diriperent turillorum bona, ipsi trucidarentur, incenderentur oppida, deuastaren- tur opulentorum Comitatuum prouinciae, eisq̄ & aliis innumeris ma- lis vitandis multa quotidie spenderentur, ( siquidem externi milites iam pridem alebantur nulli vñui, sed cautionis ergo tantum, ab insidiis & fraudibus à vi & armis ) populariumq̄ exactiones earundem rerū causa, principi longe acerbiores intollerabiliorisq̄ pessent, q̄ ipsi popu- larib⁹ principē summa cum fide & charitate prolequentibus, Nec dum maximorum sumptuum finis appareret, cum nullus inuidorum homi- num malevolentiae finis futurus videretur , id multo consultissimum arbitrat⁹ est, si saluo decoro fieri queat, de summa rerū semel decernere. Ne subinde redactis ad inopiam suis, diffluentibus opibus, dilabentib⁹

amicis, & (quæ fortunæ sunt mutationes sapientie semper prudenda) amissa auxiliorum vel alio transbara gratia, ad extremum, nudus & opis omnis egens hosti exponeretur. Sed tamen non satis cause credebat esse, cum suspicionibus infidiisq; non adeo expositis (quæ fraus est hominū non bonis ingeniis præditorum) bellum gerere. Igitur ad maximas res gerendas natus princeps, cū nihil aliud mente volueret q; quæ summarum sunt laudum maximarum q; virtutum, quid ageret q; vt sui cū summa tranquillitate fortunis suis qualibuscunq; fruerentur, id modo secū meditaret. Sed frustra se hæc meditari animaduertit, ob ante dictas insidias, quæ nihil aliud pre se ferabant, q; exilium ipsi, interitū patriæ, seruitutem Germaniæ, distracto igitur suorum curis prudentissimo vigilantissimoq; principe, & in fallo hærenti, lupumq; (vt aiunt) auribus tenenti, Occasio ipsa capillata fronte in ipsas principis manus adeo importenter (vt est cæcum numen) incurrit, ita se tenacibus fortiss. Milonis implicat digitis, vt explicare sele, elabiq; nulla ratione posset. Siquidem negatur contra ius & æquum, restitutio ducis Vuirtenbergensis vi ante sedecim fere annos electi ex paterno regno, ob huiusmodi causas. Invidebat crescentibus Vlrici ducis Vuirtenbergensis rebus, vicinorum magnatum quorundam non contemnenda factio. Inuidiam pepererat principis ipsius animi magnitudo, aluerat leueritas, auerant ceptarum rerum successus, hisce enim rebus siebat, vt qui dictis virtutib⁹, optimo principi non responderet, iis ipse formidini esset, quibus debebat exemplo. Nec fere amare solet, quæ indecora fiunt vera & excellens magnanimitas, nec non animaduertere non potest in scelestos tantæ magnanimitatis grauitas. Contra non potest non odisse grauitatem leuitas, nec non timere illam animi fortitudinem, non sine causa timidorum imbecillitas. Instruit etiam ipsa in principe animi grauitas rem familiarē non infeliciter, auger q; in modice, quam auctam merito odere, qui leuiter viuendo prodigunt sua. Sed dum feliciter Omnia virtuti cedunt, dum exemplum in paucos edit sceleratos, vt plurimi incolumes sint, dum domesticorum quos aliunde exceptos in curiam liberaliter souit, insolentiam punit, dum suos iniuste cæsos vlciscitur, coniuratio fit eorum, qui illa inique fieri, temere crediderunt: vñq; adeo refert non fotularis in alterius pede formam, sed vbi is premat, penitus introspicere. Tumultuarie igitur magis q; prudenter, coactis Suæ uici fæderis viribus, principem domestico preßum incommodo, & ad externam manum propellendam non satis instructū, inuadunt, & extra paterni regni fines ieiunt occasione nuper patrati facinoris, quod is Recklingū ciuitatem

civitatem liberam & confederatā in ditionem suam redigisset, fecerat autem hoc Vlricus dux, necessarii ministri sui iniquam cedem vltus. Audaciam Suæuici fæderis, temporis augebat occasio, Germanix vide licet nostræ intempestiuus interitus Inuictiss: Cæsaris Maximiliani, cū quo ob ratas diuini eius animi virtutes, liquit Concordia terras astra petens, cuius nobis quidein immatura morte, interregno diatus quam expediebat durante, cepit adeo infelicibus auspiciis tumultuari Germania. Quos motus sedaturis principum nostri sæculi quasi Nestor quidam prudentiss: Ludouicus Rheni Palatinus & Sacri imperii princeps elector, qua pollebat autoritate, (erat enim interrex) eicit, vñconfederati iure potius agere velint, c̄ armorum viribus grassari, appella lante etiam sacratissimas leges ipso Vlrico duce, quo quid æquiusc. Quis enim hominum priuatorum sperare audeat, se quod postuletur iure propulsurum, aut quod petat, legibus impetraturum, si maximis quibusc eprincipibus, nihil conferre debet autoritas legum? Sed ruit in scelus temeritas, & violatis tam æqui tam sacrosanti imperii legib⁹ nescit sibi temperare tabificum audacissimorum hominum odium. Sat juris credit se habere in armis, & vnius elementi inuersione, eadem res est ius & vis, æquum esse exhaustos temerariis sumptibus loculos alienis opibus replere, hanc legem esse militarem, ne frustri coactis armis homines tam nobiles, tam prudentes, imprudentiae pariter & igna tute notentur. Audeant modo, fortuna ipsa cæsis ausibus euentum qualecumq; allatura. Est enim nescio quæ inueterata Germanorum nostrorum Barbaries (pareat mihi indigna conquerenti patria) & ob huc inti & quo & bono, lex militaris, vt si qui ad temere fortassis novi ciuiusdam motus acceptam famam, primo arma cœperint, facta c̄ ingentium sumptuum iactura opinato malo obuiam ire cœperint, licet re ipsa experiantur, errore excitos tumultus, tamen vt in incertam militiam ex peniarum pecuniarum aliqua recompensatio sit, inuadetur nihilo lecius is, contra quem iri ceptum est, vel vicinoru; alius, eisq; vel olim transacti vel ex tempore reperti criminis nota impingitur, & fracti calami reus multatur, quo acceptum temeritatis malum fiat erranti tolerabilius, non verum sit, quod prouerbio dicitur, semper aliquod malum ppter vicinum malum. Ab his igitur initisi, ab hac barbariei nostræ morditate, (quis morem diceret) & tam inueteratae legis iniquitate, exutus bonis, pulsus regni sui finibus Vlricus, confugit ad Gallorum regem FRANCISCVM primum, dignum meliori fortuna principem. Est enim preter cæteras cum corporis tum animi virtutes mirifice pronus

ad studia literatū. Itaçq; quæ Parisiorū Scholā, studiorū oīm mater iām  
olim est habita, huius regis liberalitate, nūc demū incipit esse, q; haec  
vereor frustra dicere, audiuit: Apud hūc regē cū aliquandiu vixisset, &  
tædio vītæ apud peregrinæ lingue gentē & patriæ defyderio in Ger-  
mania redit spē nō exigua patrii regni recuperādi, ob singularē Caroli  
imperatoris clementiā & iustitiā q; diuī Maximili. ex philippo Hispani  
arū rege nepos, qua spē successerat imperator, eadē videbat Ro. imperii  
habenas moderatur<sup>9</sup>. Ecqd nō speraret ab eo imperatore Vlric<sup>9</sup>, de cui<sup>9</sup>  
auo tā bene meritū se sciebat, adhibita omni diligētiā & studio, præstata  
etiam argumentis non dubijs fide, quo Maximiliani res, totiusq; do-  
mus Austriacæ, priuati etiam suo principis studio maiores, augustios  
resq; tam essent q; haberentur. Qua fide autoritatem & dignitatem tum  
noua dignitatis titulum sibi, suæ q; posteritati quæsierat apud Maxi-  
milianum. Nec ingratus videbatur futurus Carolus nepos qui ab ini-  
tio recens adepti imperii, Acta nuper Interregis iustis, comprobans,  
non obscure significauit, non debere sic impune abire Suætici fæderis  
temerarium, adeòq; audax facinus. Aut si impune abiret, debere saltem  
restitui eum principem, qui indicta causa regno esset pulsus. Sperabat  
æQUITATIS rationem habiturus genuinæ ad cuiq; suum conferendū bo-  
nitatris imperator, vt enī male sibi consciū nuncq; non metuunt, ita op-  
tima freti conscientia omnia iusta & æqua sperat. Quo maiori securus  
fiducia Vlricus dux Imperatori aliis innumeris reb<sup>9</sup> plus fatis implicato  
obgannire veretur & molestus esse, dum videlicet lecum reputat natu-  
ralem maximi principis bonitatem & clementiam. Nec putat æquo  
sponte currenti calcaribus opus esse. Sed non cessant obstrepere, non im-  
probi esse, qui quod Interregis Ludouicū edictū cōtempñscent se fere mor-  
debāt, cōtumaciam suam agnoscendo. Vbiq; ad latus sunt, vbiq; aures  
seriū fatigant q; ad honestissima que q; facillimi imperatoris (nam ho-  
nesta pre se ferunt) Accusant criminibus non alias auditis innocentem  
principē. Naçti præterea sunt erroris sui patronū & defensorē equestris  
ordinis non ignobilem poetam quo maiori autoritate fidem, obiectis  
conf. etisq; sceleribus in Vlricum ducem conciliarent, parco nomini  
eius viri, cum quod paulo q; exul moreretur nō mediocriter mihi am-  
cas fuit, tum quod nemini fit ignotus, meditatus is nuper aliquot orati-  
ones fuerat in ipsum Vuirtenbergensem, easq; veluti ad Tribunal maximi  
principis egisset edendas curauerat. Quibus orationibus quod  
nuncq; persuaderat agendo, hoc mox persuadet cum calcographorū dili-  
gentia distraherent edendo, nihil vñq; maiori plausu in hominū manus  
venerat cū ad exēplar Philippicarū quali si dis placet) scriptæ iudicarent

Iacq; legeban; magna cū gratia, sola nouitate fauore cōciliante. Hoc etiam subinde orationib; nouos dialogos adiiciebat & quidē terfissimos, famosos libello edente, crimina cōsingente, mēdacia cōgerente, causam occisi affinis sui (quā vnicā criminādi ansam habuit) exornāte, habet ab vniuerso terrarū orbe miserrim⁹ princeps is, quē depingit singitq; mēdax ingeniosiss; poetæ ingeniu;. Ignorat princeps exul etiā poetis se fabula esse ignorat se factā materia pessimaru; declamationū, nemine que in ipsum fierent referre audente. Quis enim præsentem rerum calamitatē nouis calumniarum calamitatibus augeret? Quo minus scit quæ agant, eo minus opus habet defensione, eo deterior eius sit causa apud eū principem, a quo nihil aliud expectare poterat, q̄ iure restitutionem eorum quæ vi erant adempta. Sed vicit diltgens inuidorum obtrectatio apud imperatorem, & poeticum ingenium apud vniuersos Germaniæ proceres & omnes pene nationes, profitebar eodem tempore in Parysiorū Lutecia, quam vrbem Europæ rotius theatrum non iniuria quis dixerat, ad quod spectatum vndiq; cunctæ pene nationes veniunt. Non dico quia satis dicere nequeo, quantū autoritate valeret, q̄tum fide polliceret apud omnes is, qui ingenii dexteritate & eloquentiæ viribus, & mendatorū fuso causam dubiam probabiliorē, humilem sublimiore, bonā & honestā deteriorē facere potuit. Legeban; hæc magno cūplausu apud Gallos & Hyspanos, distrahebant apud diuersissimas nationes, mittebatur cōmissa literis ad amicos quasi typographi non satis excudebat pessimoru; exemplorū, verebant Itali alterū Neronē, execrabantur. Siculi nouū Dionisiū, trepidabat Britaniæ ex antro isto Patricii etiam sibi Tyrānorū quispiā naliceret. Quicquid odiū, iuvidia, malevolentia, et affinis exīsi dolor cōmīisci potuere. Phalaridas, Agathocleas, Atreas Tiestes, Pystratōs, Typhæos, Astyages, Cabylas, Tyberios, Caligulas & Domicianos, oīm inmanissimorum inmanes furores & furias, oīm crudelitates & ferocias in vnu cōgessit, cōpegit, coaceruauit æquo crudelior futur⁹ vltor ppinqua necis poeta, cuius laudarim equidem ingeniu;, pharim inventionē, amplexus sim eruditioñē, si nō dolori nimii dedisser, si innocētiæ pepercisset principis, si causam nō valde bonā tegere q̄, pducere in luce maluisset, et rationē habere ei⁹ iuuenis pulchritudinis quam non sine suspicione tantopere cōmendat. Nō possum equidem viri ornatissimi cōtinere me hoc loco quū fortunæ istius iniquissimos casus mente repeto quin valde afficiar, video hominē egregie eruditum non satis bene pulcherrima studia collocare, dum in omni optimarum disciplinarum genere versatus, ita præceps rapitur & nulla

affectus suos ratione cōpescere , nullo frāno ferox ingenium moderari  
nulla arte mentē domare aut temperare potest. O miseros labores eos  
ex quibus dum fructum percipere deberemus rationem viuendi , nihil  
in mores coalescit. Et quod deterius est , cum ferociorem naturam au-  
get lectio , quod inde fit , dum quod naturae nostrae conuenit approba-  
mus , quod admonere , docere , & corrigerem inq̄ viā reducere debebat ,  
despicimus. Iam cuius cōsiderationis est virū primafem à summa digni-  
tate deiic̄ locupletem bonis omnibus exū c̄ charum suis a suis diuellit  
graciosum exteris , hospitio prohīberit : innocentia aqua & igni interdicit  
benemeritum in natura rerum esse non sineret ea omnia pati causa meli-  
ore confisum , iura & leges appellantem , & præterea quæ calamitatum  
est omnium leuissima fabulam esse & poetis iniquoribus materia , hoc  
est ad viuum maximæ tyrānidis expressum exemplar , eo q̄ nomine fa-  
mosis libellis proscindit . O miseram , o calamitosam fortunam , quis  
Agamenonem vltra acceptam iniuriam & indignam mortem vñq̄  
impetiuit petendit ut putauit maledictis ? Quis non plus satis do-  
mesticō malo miserum existimauit ? Quis maximo principe probris af-  
fecto , occiso a suis , putauit ad huc in defuncti manes probrosis carmini-  
bus inuehendum ? At hæc omnia in vnum simul congeruntur uno im-  
petu , & cumulo , obruitur aceruationi miseriis & probris omnibus , nō  
solum innocens , sed etiam legibus inniteis & causa fidens meliori vis  
infertur sacratissimis legibus , non solum ab iniuriarum cōmentatore , à  
famosorum libellorum compositore , verumetiam à toto genere huma-  
no . Siquidem infame carmen nemini non est ad manus , non inuentū ,  
non repertum , sed ære nostro redemptum , magno cum desyderio legis-  
tur magna cum voluptate relegitur , tantum abest ut vel corrumptatur ,  
vel igne absumatur , quod tamen leges ip̄se fieri iubent . Siquidem  
constitutionibus principalibus cautum est , EA QVAE INFAMAN-  
DI ALTERIVS CAVSA IN MONVMENTA PVBLICA PO-  
SITA SVNT DE MEDIO TOLLI DEBERE . Nos e myrothe-  
ciis piperi , ex angulis blattis tineisc̄ damnatas chartulas ære redemp-  
tas , promimus , & e pulueribus excutimus , vno consensu omnium , ve-  
luti tyrranicidie , quibus legibus premia sint decreta , & alia constitui-  
tione temeritatem diluimus , Nempe ea : EVM QVI NOCENTEM  
INFAMAVIT NON ESSE BONVM ET AEQVM OB  
EAM REM CONDEMNARI . O Diuinum Platonem , nunc ego  
non possum nō vehementer admirari & approbare diuinam istam &  
omnibus seculis memorandam de cūciendis id genus c̄ repub . homi-  
nibus

nibus, sententiam. O sanctissimum Areopagitarum decretum, id  
leguleiorum genus & rabularum foro excludentium suo. O vim-  
dignam lege regi, o vos leges sacratissimas, quin rabiem cōpescitis per  
honestas audentem ire domus impune? Dormitatis credo, at nō dormi-  
tat autor legum deus, qui lento licet, aliquo tamen gradu ad vindictā  
procedit. Est præterea in aulis principum, nulla maior, nulla pessis de-  
terior, q̄ iniquissimorum quorumq; susurronum autoritas, apud ipsos  
principes, quorū officiis, non dico officiis, a verissimis rationibus,  
ab honestissimis voluntatibus, a studiofisi. quibusq; actionibus, ab-  
ductae mentes principum ratiunc; precipites ad consilia non satis æqua.  
Neq; tam facile est q̄ fortassis dici posset, eiusdem ad omnia sagacitas  
principis animum semper esse. Quo enim maioribus pluribusq;  
obriuntur negotiis, eo facilius persuasi, abducuntur ad ea que non sa-  
tis sunt decora, pretextu honestatis saepissime fallente, quodq; de maxi-  
mis poetis dici solet. Sepe opere in magno fas est obrepere somnum, id  
in principibus maxime debet valere, vt quibus etiam scientibus, saepe  
impune peccare licet, tantū abest vt in sinistram partem accipiamus si fal-  
so honesti prætextu peccatum erit. Est quidem aliquid, qui maioribus  
frequentioribusq; distraherentur rebus, eo ingeniis vt essent versatori-  
bus cautoribusq;, sed sic sumus homines. Quibus rebus omnibus ef-  
fectum est, vt inops rerum omnium miserrimus princeps, iure ab  
omnibus deserendus videretur. Putat imperator natura alioqui cleme-  
tissimus, & quo clementior, eo sceleratae tyrannidis, quæ accusabatur  
a priori vindex, commeruisse Vlricum ducem, qui non modo paterni  
regni finibus non applicaret, sed ne hospitio quidem apud vllos mor-  
talis dignum, & ex orbis finibus ablegandum, tollendum q̄ e rerum  
natura monstrum istud inauditaे tyrannidis. Quem igitur Germa-  
norum optimates, precipuo tamen confæderatorū Suevæ, vi eiiciunt,  
quem a latere maximi principis accusant, quem proscindunt poetarum  
commenta, quem pueri in Gymnaliis declamat proclamantq;. Quem  
leges famolis criminibus ne an carminibus agitari permittunt, eum im-  
perator clementissimus immanissimum, iustissimum iniquissimum, for-  
tissimum interperantissimum, vindex libertatis tyrannum restituat: eū  
in principum virorum ordine habeat: eum non perpetuo damnet exi-  
lio summum imperium, & imperio propagando creatiæ maiestas. Nā  
quæ ryannorū propria est sententia, & quæ iampridem legis cuiusdam  
vīm obtinuit: iñp̄ x̄d uel x̄d rupavīdōr̄ n̄p̄ kāmison adindī, t̄ amād̄  
ēr̄t̄n x̄w̄n. Hæc inq; sententia in tantæ amplitudinis maiestatem, in q;

tam diuinæ mentis naturam non cadit. Quid enim terrarum orbis prin-  
ceps hoc ducatu ditione esset? Nō aliter q̄ si riuiulus quispiam a cursu suo  
deutius auerteretur, ne in oceanum laberetur, diminutas ne putabitis  
aquas, diminutum rerum omnium parentis oceani imperium? Nō igitur  
nisi iustissimis rationibus motus imperator Carolus, bona proscriptio  
tæ quasi tyrannidis, velut sub hasta emit, confederatis pecuniam pacisci  
tur soluturum, ducatumq; Vuirtenbergensem nuper iure gladii occupa-  
rum, emptionis titulo suum facit, inq; hæreditate diuidunda fratri Fera-  
dinando tradit, beneficioq; vt is possideat consert Augustæ, confidenti-  
bus ex more ad latera suminæ maiestatis maximis principibus. Cumq;  
controversia illa de religione nondum esset disceptata, & adhuc sub Iua-  
dice penderet lis, vt semper pendebit (non enim in hominū arbitrio est  
quicq; de diuinorum legum rationibus, de cælestium mysteriorum arca-  
nis statuere. Debemus autem ad pedes inuisibilis humanis oculis istius  
maiestatis prouoluti accidere, & supplices orare vt is lumen veritatis  
nobis pandere velit qui ipsa est veritas. Hunc neq; Platonica Copia,  
neq; Aristotelis acumen neq; regum & pontificum diademata alia rati-  
one agnoscant, q; in ordium suorū simplicitate, & omnis humanæ sa-  
pientiæ & arrogantiæ posito fastigio sui abnegatione, ipso docente &  
exigente eam a nobis simplicitatem & integratatem) Cum igitur nondū  
religionis esset posita contentio, offendit nō parū quorundam animos  
Vlrici ducis de vñera pietate professio, siquidem superioribus causis pau-  
latim aboleri incipientibus, & longā miserim cōmiserantibus plerisq;  
satisfq; iampridē supplicia a principe viro sumptum putantibus, poterat  
restitui Vlricus, si eam quam nos vnicam & veram religionem scimus  
& allerimus, aspernari verbo saltem vñus esset. Metuebat scilicet aduer-  
sarii, ne illo restituto latius serperet venenū (vt isti) Gratia ( quam nos re-  
ueremur & adoram⁹) diuini verbi. Sed q; aduco regno prætulit æter-  
nū is etiam temperane hoc semper carere non potuit, vt videlicet diuina  
pmisso locū haberet tam in interituris q; cælestibus & æternis mu-  
neribus. Aliis igitur aliisq; semper emergentibus occasionibus, facile  
animaduertit Illustris. Heliæ princeps PHILIP. ( quæ eius est diuina  
indoles & industria) auunculi principis causam non modo negligi &  
cōperendinari, veruetiam cōtemni, iniquissimam haberi & indies fieri  
deteriorē & cōdemnari quodammodo, videt inimicissimorū hominū  
peruersitatē, non ignorat fraudulentorum hostium iniquitatem, videt  
insuper manifestam generis labem. Tum omnium iniquissimum esse  
nobilissimum & maximæ spei iuuenem, Vlrici ducis filium vnicum  
Christo:

Christophorum, non a maiorum sed pietatis nomine nomen habente, patris iniquitatem, quae purabatur, ferre. Partim igitur sanguini hoc dominans & priuatae honestati, quam integrum esse posse non iudicabat damnato tot scelerum & facinorum affini principe, partim innocentiae & religioni, parvum totius Germaniae tranquillitati, nam & hanc nullam villa ratione cōsistere posse, nisi hoc restituto, comparato exercitu restituit suis lato animo excipientibus sedecim annis patria carentem sede principem. Sinite quæso ornatis, viri hoc loco paululum cum vīna bratico isto accusatore )nolo enim duriori vocabulo hominē appellare) congregiar. Agam aut̄ sic fere ut tamen accusanti cōg accusato sua maneat Solida integritas, integra autoritas, salua dignitas, quemadmodum in causis tranfactionū fieri solet, praelata iuris rigorē æquitate, nec conuenit ut cum res periculis plenissimæ, extra periculum ceciderint, cæperit Tragedia, exierit Comedia, oratio eis ipsis de rebus instituta sanguinem perat & vitam: Tollat licet Comædia vocem, iratusq; Chremes tumido dilitiget ore, dummodo verbis q; verberib; pugnet mītius. Tyrannus (inquit) Tyrannū restituit. Scio nunq; id diceret homo eruditus si viueret, sed potius quæ erat eius magnanimitas, quæ animi nobilitas, principis nostri ingentem animum, prestantissimasq; virtutes dignis laudibus eucheret, aut saltem nihil contra ne mussitaret quidem, boniq; consuleret restitutū eum ducem, qui tot annis exul quasi, patrium regnum defuderat. Cum tamen orationes tue, dialogi item & poemata versent manibus hominū studiosorum, nec videantur amissura gratiā eam, quæ homines eruditos immortalitati commendat, facile adhuc Lector induci queat, sequi necessario ut rebus sic se habentibus, quemadmodum istæ tue Philippicæ (ut manes interim tuos isto honore de liniam) contendunt, Tyrannus habeatur P HILIPP V S Hesorum. Quid igitur est Tyrannus? Tyrannus est qui valere iussis naturæ legibus, Gentium decretis, ciuium moribus priuata utilitate meritur omnia. Tyrannus est qui nulla optimorum ciuium habita ratione, indigos & necq; homines publicis functionibus præficit, iisq; deglubendos deuorandoq; suos impune permittit. Tyrannus est qui amicum & inimicum quorum est dominus, vicunq; occasio inciderit eodem loco habet. Tyrannus est qui spredo innocencie delectu tormentis exquirit, multat, proscriptit, relegat, ultimo supplicio afficit, quos libitum est. Tyrannus est quem odere non modo subditi vniuersi, sed proximi, sed quicq; familiarissimi quamvis ingentibus donati beneficis.

Horum vnum saltem in Vlrico principe conuince, & omnia comis-  
ris, feremus hic non Areopagitarum modo, quibus quid sanctius? Sed  
& Stoicorum sententiam, quibus nihil est severius, vt si vni dictorum  
scelerū obnoxius sit Vlricus dux, iure damnetur omnium. Inspici-  
mus itaq ab ipsis incunabulis viram, imo a progenitoribus indolem  
ipsam, & quidem sic, nō quasi haec a maioribus reperita, ad huius pur-  
gationem necessario faciant, sed quia sic vixit vt dignum maioribus fuit.  
Non proderunt illi maiorum egregia exempla, si non ea est secutus VI-  
ricus, at si studuit vestigiis auorum incedere, fiat accessio maiorum orna-  
mentis, nec dedecoret illos huius calamitas, vnde plurimum semper ac-  
cessit glorie, maximis quibusq celebratis, qd viris. Nam quid opus est  
dicere quis fuerit. Barbarus ille dux, huius sanguinis, qui Tubingae docto-  
ri hominū Gymnasiū tantis sumptib instituit? Qui literarū studiaturā  
pere coluerit, quae ab omnib Vuirtenbergenibus Principib Vlrid  
huius progenitoribus sumo loco semper habita humauissimos iuxta ac  
eruditissimos viros in omni optimarum disciplinarum genere vniuers-  
itatem Germaniae dederunt. Cumq paſtim Germania plerasq alias Acadē-  
mias habeat, nescio an vlla alia celebriores habuerit viros. Hos igi-  
tur semper coluit Vlricus, & ni coleret, principem se esse nō agnosceret  
vt enim nō arbitror hominū rusticorum stabula alieno pecori patere,  
suo clausa esse, sic neq Scholas principū beneficiis institutas, solis ciui-  
um liberis, non etiam principum aperiri. Extant etiam plerasq huius  
scholæ hominum eruditissimorum monumenta ad hunc ipsum princi-  
pem, vnde satiſ perspicuum esse debet. Quantis eruditos ipsos feces-  
tit. Vnde miror ex omnium eruditorum numero esse potuisse tam  
impotentis animi, tam iracundi, vt hunc principem famolis libellis pa-  
scideret, apud hunc enim in honore habitū sunt Grammatici eruditissimi  
mi, hic floruerē poetæ ingeniosissimi, valuerunt oratores disertissimi  
eloquentissimi eq, in precio fuere Mathematici artificiosissimi, quicq cū  
Siracusano isto Archimede, & Megarense Euclide, imo cum tota anti-  
quitate conferri queant. Hic iura ciuilia, hic sacri canones, hic oia huma-  
nae & diuinæ sapientiae studia in maxima semper fuerunt existimatio-  
ne. Et nunct tandem veluti ex feruitate ad libertatis postliminium re-  
uersa autoritatem pristinam recuperabunt p̄fide rām celebris Acadē-  
miae Vlrico. Ex his semper delegit deligetq quos rebus suis p̄fici-  
at, quorum consilio & autoritate, veluti ex Calendario administret  
florentem rursus suam rem, quorum decretis stari velit, quorum ho-  
noribus opibusq augendis semper intentus liberalissime consulat.

Proinde

Acade-  
mia  
Tubin-  
gensis  
Iaus.

Proinde omnibus modis charus fuit semper eritque suis, gratiamque ha-  
buit & fauores apud populares oes, quae auillsum a se & se ab illo veluti  
discertos, miserabiliter ingemuerunt. Sed tyrannidem exercuit armata su-  
perioribus annis manu, ingenti suorum multitudine cæsa, scilicet quo-  
rum dux & signifer erat PAVPER CONRADVS quem vocabant,  
qui excitata seditione simili, cuiusmodi nono ab hinc anno vniuersa  
Germania est experta, impietatis suæ & stultitiae cum paucis complici-  
bus pœnam iuit, cæteris omnibz impune & præter meritum & spem  
clementer dimisiss. Tu tamen gloriaris tuorum & copiis & opibus  
pullum hostem, seruatum principem, qui si tyrannidem in compescen-  
dis seditionis eius turbis exercuit, vide quo pacto tuos a tyrannide via  
dicare possis, si vero pietatem tuoru[m] prædicas, oportuit piam esse cau-  
sam, quam tui tam fortiter defensam voluerunt. Reutlingam ciuitatem  
liberam ditionis suæ fecit. Nemo qui belli iure aliquid suum facit,  
ideo est Tyrannus, siquidem quos subegit non deteriori loco esse vuln-  
eis, quorum iam olim dominus fuit. Eius autem ciuitatis occupandæ  
ius, fecit iniusta cedes ministri quem ob singularem industriam & fidem  
merito fecit plurimi pius in suos princeps. Equitem aulæ suæ fortissi-  
mum & affinem mihi occidit. Hoc doler quod tuus est, non quod  
occisus est, neque villam eius cædis faceres mentionem, nisi cognatus sans-  
guis te inquietu[m] redderet. Itaque non recte tibi credit quisque de cædis gene-  
re, neque vera neque verisimilia narrantem, ut mediocris latem ingenii fa-  
cile peripiciet, qui primam orationem tuam perleger, & melius consu-  
lent istam tuam ferociam, qui cumque hoc defuncti amici manibus a te da-  
tum resculcent. Alexander ille magnus in conuuiis plerumque mactas  
re solebat etiam eos quos charissimos semper habuerat, nemo tamen,  
tyrannidis notam illi ipsi inussit, superante iracundia animi impotentiam  
cæterarum rerum cum dignitate gestarum magnitudine. Tu Tyran-  
num eum facis qui no[n] passim, neque multos vt ille, neque ebrios, sed vnu[m]  
occidit, idque do[n]estici mali iniurias com[n]otus. Et eum cui data missio  
ne cautum lape voluerat grauiter lesus, eum quem ter quaterque vt ex au-  
la cederet, sua curaret, monuerat contemptus impatiens. Quid hic di-  
cam qui si hinc de rebus quid dixer, timeo ne nondum bene obducta  
cicatricem refricem, & in te incep[er] defuncti affinis tui manes ( quibus cum  
pugnare cautum est adagio) cogar acerbius que destinaui dicere, si tacue-  
ro vereor ne non satis eum vindicem a tyrannidis criminis, qui nihil mi-  
nus est que tyrannus. Sed temperabo mihi omittamque silentio præ-  
reundum, Tomosque relegandum facinus. Ipsæ tuæ orationes rem

plus satis indicant, quae si tam grauiter conuincerent, q̄d clamant fortius  
ter, esset forte quod refelli defendicq̄ oporteret. Nunc si quis medio  
tri iudicio eas tentarit, viderit mox q̄d sint dissolutæ, q̄d accusent maga-  
is q̄d purgent quem maxime purgatum esse vis, q̄d omnia plena relin-  
q̄ntur suspicionibus, quas in defensione tollere, in accusatione augere de-  
bet orator, vt verissimum esse appareat quod dicitur, non eodem  
ingenio orationes condi & singi poemata. Hæc enim natura  
sua suoq; genio gratiam adferunt, illæ nisi omnem artis vim ostend-  
tent nescio quomodo frigere videntur. Prima itaq; tua oratio non mi-  
nus graphicæ rem ante oculos ponit, q̄d ipsum ducem grauiter accusat  
patrati facinoris. Evidem legens, interesse me arbitror, & rem ipsam  
geri spectare. Sed cum oculos auerto, & aures orationi accommodo q̄d  
multa absurdæ, quam nihil verisimile deprehendo. Tertia autem  
tua oratio quid facit aliud, (nam secunda Suasoria est belli suscipiendi  
aduersus Ducem Vlricum) q̄d quod causam aperit cedis cōmissæ. Ita-  
q; nimis tua tibi placent, adeo, vt tuam in his neglegentiam nō animad-  
uertere possis. Est enim cæcus amor sui. Alijs oportet non sibi pro-  
bet, qui oratoris præmiū gloriam expectat, itaq; quarta tuarum oratio  
num defensionem ducis vlrīci fere continet. Si modo sit aduersarius qui  
obiecta excipiat, exceptisq; respondeat. Vincis itaq; Sed nemine repu-  
gnante, Quo vanitati similior est vltima oratio, que congratulationem  
continet fugati profligatiq; principis. Vide quam paucis quinq; suis fa-  
tis prolixis orationibus responderim. At tu Tyrannum æstimas ex-  
vnius hominis cæde, cuius cædis causam verius aggrauas suspicio-  
nibus, q̄d immerito patratam conuincas, & non æstimas candore & si-  
dem optimi principis tam iniquo artimo ferentis cædem fidelis ministe-  
rij. Vlciscitur iniuria cæsum, est hoc tyranni? Occidit iustis de causis  
inussum, sed premonitum sed honesta missione donatum, sed moniti-  
ones cōtemnentem, est hoc tyranni? Tyrannicum est inique cæsos suscip-  
deq; ferre, Tyranni est improuidos adoriri, Tyranni est benemerētes tru-  
cidare, qui suorum cædem iniquam fert grauatum, punit autem fontes &  
noxios, non est ille Tyrannus. Hoc enim æquitatis est, illud plenipie-  
tatis officij. Qui suorum cædem tam dolet q̄d si e corpore membrum ali-  
quod, cuius maxime egeat officio perderet merito amatur a suis ut  
qui nihil dubitent se curæ esse optimo principi & paterno affectu suis  
amanti. Quis Tyrannorum charus fuit suis, amant vlrīcum sui  
Quis Tirannorū pulsus patria tantopere expeditus a subditis? Expetunt

votis omnibus Vlricū subditi, deo & inmortales praecatur ut sibi resti-  
tuant aliquando patriae patrem Vlricum. Quis Tyrannus vnc̄ excep-  
tus tam ingenti omniū gaudio, tam alacribus animis, tam ardentibus  
fuerum votis? Non fert Tyrannis amari, non fert expulsa defuderari,  
non fert tanto mortalium omnium consensu & favore recipi, non fert  
gratiosum esse apud suos. Iam de pietate quid dicam? fert pietas tyran-  
ni tem̄ exosa est ne tyrannidem, & ita exola ut malit regno carere quā  
non esse pia. Sed nec literarum studia nec cum optimis doctissimis q̄b ho-  
minib⁹ familiaritas & consuetudo, nec in subditos amor, nec subdito-  
rum fides erga principem, Hęc inq̄ omnia non ferūt tyrannidē. Quid  
facilius q̄b in tyrrannum inuchi, at tyrannidis conuincere qui non sit nō  
est eiusdem facultatis. Poeta fingit ex nihilo, vnde etiam communē  
appellationem sortitus est cum deo immortali omniū ex nihilo facta-  
re. At tu hic nihil fingis, personam substituis, eam q̄b tyrannide induis,  
ut sic veltitam & deformatam habeas quā laceres & proscindas. O ar-  
tificem poetam, imō inertem, imō impotentem, ira, & indignatione ni-  
mia flagrantem animum, sed non finit te consistere spiritus ille ferox &  
poeticus furor, qui vbi incanduit, coherceri nequit, nequit extingui nisi  
debachatum sit. Iure ita q̄b Hellorum Alexander exploratis iampris  
dem moribus & vita optimi & miserrimi principis, misericordia im-  
pullus & rei indignitate, eius innocentiam defendendā sulcepit, generis  
confictam labem abolevit, Germaniae q̄b vniuersae tranquillitatem ex-  
torsit, innocentem, piūm, & contra ius fasq̄ pulsūm principem restitu-  
endo, de cuius restitutiōis causa satis super q̄b temporis angustia dixi-  
mus & alias dicemus, deinceps qua bellū sit gestū ratione dicendū erit,  
vos juāso viri Marpurgenses que reliquā sunt pari patientia & diligē-  
tia a litote. Reus tot kelerum & flagitorum apud summum impe-  
rium princeps Vlricus cum annitentibus supplicantibus q̄b maximis  
quibusq̄ principibus ultima experire, & quibus poterat rationibus,  
innocentiam asserere, & lesam maximi imperatoris maiestatem placare  
conaretur, audiit ut si quicat armorū vi, amissa recuperare audeat. Quę  
vox quo animo sit accepta, facile est dijudicatu. Quis enim contra  
tanti imperii amplitudinem arma capiat? Sed omni vi valentior est  
causa iusta & mens recti conscientia, minas impotentium saepe suscipi-  
deq; fert. Qui igitur tam tristis sententiae carmen fortissimo  
animo exciperet, Hellorum PHILIPP VS erat. Hic optimæ  
causæ fiducia, tellurem pede pulsans (quod POMPEIVM Magnum

gloriarī solitū accepimus) eam equitū peditūq; vim exdiuit quæ  
ferendo potentissimo hosti par credebatur futura. Inito igitur cum so-  
la diuini ingenii indole consilio ( hoc enim , quæ nunc fere est mortalium  
persidia , in tantis rebus tutissimum visum est ) quæ ad bellum difficultissimū  
& diuturnum necessaria vīsa sunt , diligentissimi: cautiſi: q̄ comparat , quod  
moturus , id deus fortasse quis norit , licet fama , si illi credendū sit du-  
cis restitucionē polliceretur , sed fidem derogabat tantæ rei difficultas.  
**A**pparatus assidui & maximū bellum haud dubie moliebantur. Et  
principis Hesorum itiones crebræ & longinqua non vīsa sunt præ-  
ter rem futuræ. Est enim hic princeps mortalium omnium laborio-  
fissimus & minime vanus , parantur omnis generis machine , instaurā-  
tur tormenta , expeditiuntur balistæ , fabricantur pontes , quæ alarum vī-  
e nauiculas lateribus iunctas habentes , machinarum tormentorum q̄  
molibus ferendis sufficienter , nouum principis hūris inuentum. Equi-  
tatus peditatusq; oppidatim ut in procinctu sint , quanta possent diligē-  
tia & sedulitate edicitur , emittuntur , qui extēnam exercitatissimorum  
vndiq; gentiū militum manū liberalibus stipendiis cōscrībat. Princ-  
eps ipse Philippus paucis comitatus , Imo paucorum comes negotiato-  
ris habitu remotores & peregrinæ linguae nationes adeundo regescit  
maximos prensando , & potentissimos quosq; Hæroas compellando ,  
præsens quæ vult transfigit , in q̄ fidem suam quos conuenerat astringit.  
Accipiunt lætissimis generosum hospitem exteri , admirantur & am-  
plexantur tam magni inimi iuuentis virtutem. Est gratia in vultu , le-  
pos in ore , venustas in toto corpore , suavitatis in moribus prudentia in  
pectore præter æatem. Conciliatis itaq; principum externorum , maxi-  
mariq; ( ut fertur ) virbiū animis , collecto milite tam suo q̄ extero ,  
etq; veterano , eum exercitum pdicit , quo facile si vellet , pacata Euro-  
pa , quamlibet aliam mundi partem ad conserendam manū prouoca-  
re ausit. Omnibus diligentissime prospectis mittit legationem in His-  
panias ad inuidissim. Cœlarem Carolum , honesta & iusta oratum. Alte-  
ram ad Cœsarē fratrē FERDINANDVM Pannoniæ vtriusq; & Bo-  
hemie regem , eadem quæ a Cœsare petitum , vt videlicet Vlrico duci  
paternus ducatus restituatur , se idcirco nunc in armis esse , qui ducem a-  
finem restituat , a quo conatu tam iusto , tam pio si prohibeatur , maiora  
se audere , inuitum licet , necesse esse. Porro legatis non satis æqua re-  
ferentibus , pdit in bellum quibus valebat pollebat q̄ viribus , nihil cer-  
tius expectans q̄ conflicturum se primo quoq; tempore cum maximis  
opulentissimisq; regibus. Non terrebant fortissimum Hæroa ex ad-  
uerso

verso & ob oculos posita Pannorum ferocia, non Bohemorum fortis-  
tudo & audacia, non Danubii vires, non Athosanorum opes, atqui haec  
robora ad sinistram respicienti obuersabantur. A dextris expectaban-  
tur Hyspanorum exercitissimae copiae, a tergo vero, Hannone &  
Brabantiae forrissimus equitatus, quibus omnibus iam pridem destina-  
uerat non cessum fere. In his cum totus esset, maximis itineribus co-  
tendit quo tam ingentes ceptae res semel expediuntur. Audite quælo  
res incomporabilis seu fortunæ, seu fortitudinis, quod verius arbitror  
Audite tribus verbis, nam pluribus dicere, non finit rei magnitudo, non  
respondentibus verbis gestarum rerum magnitudini, venit, vidit, vicit  
venit viribus imperio par futurus, non tamen contra imperium, sed im-  
perii amplitudinem & dignitatem asserturus, vidit hostem non imbel-  
lem, non mox terga ostendentem, sed in maximis præliis saepe victore  
sed aduersarios vi & armis prohibitum. obuiam it ad Laufenum,  
(oppidi id nomen est) Philippus Philippo, Bauarus Hessus, is inquam  
Philippus Bauarus qui tertio ab hinc anno Turcarum vim sustinuerat  
Viennæ Austriae. Tum is, qui a quorum stetit parte, illis ipsis debe-  
bat argumento esse, quantum pollerent arte militari, quantum etiam si  
de & integritate præstarent Hessi, a quibus ipse oriundus, cognomen  
est fortitus, cuius ductu & auspiciis superioribus annis Roma magna  
ex parte capta fuit, maximi apud Cæfarem preci vir, et patriæ cuius ge-  
rit nomen, ornamentum, nisi contra gentiles nunc mouerer, non tamen  
animo hostili, sed fide quam debet ei, sub quo tot ante præliis periclitau-  
tus, magna parta bello gloria, reliquum vitæ cum tranquillitate transi-  
gere merito debet. Nec abest Ioannes Hilckus eques fortissimus : & vir  
rebus belli gestis præstantissimus : ideoque fortissimo quondam Equiti  
Francisco a Sickingen digno æternitate viro charissimi : & hos quidem pro  
virtutum suarum meritis non putauit prætereundos silentio. Nam quid  
recenseam facinorosorum hominum istorum fecem, qui quo peius sibi  
sunt consciit, eo pugnant audius cum nihil habeant certius, quam si ex  
eo nido, quem tot annis conspurcarunt pellatur, odium se futuros toti hu-  
mano generi. Incidit igitur in duplex hostium genus Hessus, siquidem  
alteri virtute freti, certum habent se non cessuros, alteri malitia instructi  
& omnium rerum desperatione, euentum quemuis malunt, que Hessus  
videre victorem, se exules. Sic igitur animatos aggreditur Hessus  
modicis copiis & ea manu, que hostium numero vix responderet. Si-  
quidem a tergo reliquerat exercitus partem multo maximam. Sed  
documento futurus quantum præstet causa fidens imperator, causam

non bonam habenti, periculum q̄ p̄missorum veterani militis facturus  
in q̄ eius conspectu exemplū insigne experientiae rei militaris datus  
cum paucis rem gerit & hostem (quod tertium erat) vincit. Quo vul-  
neribus confecto, & tum demum in Munitiss: Aspergi arcem fugiente  
sequitur Hesus, plenus fidutia diis præsentibus rem geri. Machinas ad-  
mouet, signū dant Buccinæ concinnentes letum quiddam & hospitale  
veluti in conuiuio ludentes, qua Symphonia nō plus suorū q̄ hostili-  
bus animis excitatis, vi potè temeritatem tam munitam arcem oppuga-  
nandi irridentibus, Tormentorum vim, in muros, in ipsa denissima  
faxis moenia, adeò q̄ in arcis ipsius rupes cōtorguet. (omitto enim q̄ta  
celeritate alias arcēs ante expugnauerit) Non fert cæli riuam (sic enim  
putabatur) hostis, sed data acceptaq̄ fide exīt præsidis omni rerum &  
ad belli usum & ad victū copia plenis relictis. Hoc credo ē venire, hoc  
est videre, hoc est vincere. Arces munitiss: quæ imperii vires laturæ pu-  
tabantur, quæ q̄ superioribus annis confederatorum & mīnas & ma-  
chinas contemplerant, quarumq̄ aliae deditio[n]e sine vi, aliæ prodiōe  
hostium factæ, harum aliæ sesquihora, aliæ sesquidie Hessum accipiunt.  
accipiunt una veterem & defyderatum dominū Vlricū. Dicitur Aura-  
cum seruare vōluisse nobilis mulier repungnante licet marito Heyden-  
dorpio ducis partibus æquiori, tantum solum de nominum ratione cō-  
peri hactenus) Hæc itaq̄ præmonita, ne principib[us] negotiū facillerer,  
sua auferret, arcem dederet, respondisse dicitur, istam se mentem a diis im-  
mortalibus deprecari, ne arcē fortis, fossis vallisq̄, muris & moenibus  
septam sine vi hostibus dederet. Sed dignissimus virorū fortū præco-  
mīs in tanta viragine animus, mox ad naturam reuersus muliebre, con-  
ditionibus cessit, quibus etiam viri bellatores parere sunt coacti. Quid  
Nissa? Hæc ruinas aliarum verita arcium, maluit fæctatecta se fidei na-  
turalis domini committere, q̄ vim experiri Hessi. Itaq̄ paucissimis die-  
bus toro confecto negocio, recuperato q̄ Vlrico ducatu, ad Danubium  
castra metatur Hesus. Ecquis cogitare ausit ab exiguis Drusi fontibus,  
a Fulda Laniq̄ riuulis prorepturum, qui Danubio tam latis mananti  
annibus, tam altos volenti vortice timorem incuteret. Drusi ne illius  
imperatoris fortis: manes credemus eius loci, vbi is Trophæa fixit, ac-  
colas adipirare: facessant supersticio[n]a, vbi plus est veritatis, & peregrī-  
na, vbi domesticā abundant. Nec putemus temere tot Hermunios in  
principis Cattorum Philippi parentalem lincam irrepisse. Quid igitur  
mirum, si huic supplices veniunt oeni accolæ, quicq̄ Athelum bibunt,  
Tyrollos nunc vocant, innocentiam suam asserentes, ut qui nullius vni-  
q̄a iniuria vel autores vel adiutores in Vlricum ducem fuerint. Pro-  
ind

inde se Hessorum fidei commendant, se in illustriss: principis officio futuros pollicentur, vident nimirum tanti exercitus imperatori se pares esse non posse, & dignum arbitrantur, cui, se, virtus, fortuna & suas permittant. Sed nec ille innocentium petit fortunas, multo minus sanguinem. non enim venit princeps sediciofus, non praecepit, non latro, non sanguinarius, sed ut incolamus sit, viuacem tandem in summa tranquillitate & concordia Germania ideo venit. Venit enim pacem extorturus, non venit bellum illaturus, si pacem extorquere nequeat, adebet propulsus vim a se, & seruitutem a Germania universa. mox igit mox oblatis, acceptisq pacis conditionibus, reuertitur in Spartam suam, eamque contentus, si & maxime exornare possit, curaturus est sedulo. Vbi nunquam homines suos spiciosi isti, qui nihil aliud principem nostrum apud exterros reges moniti criminabantur, ut sub praetextu restitutioonis Ulrici, Romani fasti qd sceptra alio transferantur? vides ut falsae ut vanae fuerint suspitiones iste simo in iustis: principem contumeliosae: non est illa fraus, non est illa perfidia in tam generosa indole. Magni fit & merito Alexander ille Macedo, qui post profligatas Darii Persarum regis innumeratas copias, tam honorifice, tam reuerenter & sancte habuerit captas bello reginas, adeo ut etiam ab hoste pronunciatus sit dignus tanta victoria princeps. Itaque cognitis Darius officiis in suos victoris Alexandri, obtulit illi sibi Aliam in uxorem, & dotti nomine Asiatici regni aequam portionem. Sed Alexander ut mundum duos soles habere, ita Aliam duobus regibus parere posse negabat. Qui se tam continentem & fortem gessit erga captas mulierculas, nequaquam eadem ratione a regnandi libidine sibi potuit temperare. Magna res est, & nescio an villa alia quae regem magis deceat, ab iniuria captiua tam nobilis, tam formosus libi moderari, nec violare ingenium pudorem. Attamen si venereo isto pruritu ardeas in temperantius, si Mars in Venerem nonnunquam sit incitator inflammator, nulquam non mederi queas isti voluptati. Sed ab ampliora speciosiora habendi libidine temperantem esse, hec est vera & solida temperantia digna gloria & admiracione. Itaque princeps noster maximis fortiss: qd copiis animo par, qui Europae timorem incusserat, cui Danubio supplex erat pacis aeternae datis fideiussoribus contentus, sedato animo reuertit ad regni sui angustias, non triumphantis more, non cum exercitu, sed veluti priuat posito magistratu. Tantumque abest ut tantis rebus gestis insolecat ut non latius & quo aiorum ferat eam laudem qua tantus visor ab omni posteritate merito celebrari debet. Itaque inuitatio clementiss: princeps has tuas laudes audis sed neaudias virtus non finit, quam ut umbra corpus

stè gloria necessario consequitur, sed videte singularem & inauditam  
tanti principis modestiam. Negat a se quod præter opinionem sit quod  
a lmirandum quod memorandum, esse factum, multo se imbecilliore,  
esse, q̄ qui tale quid potuerit, se vnicā causā bonitate confisum, annixū  
esse vt valerent vigerentq; leges, vt æquo & bono locus esset, vt in-  
despecta esset legum autoritas, id debuisse, eum qui quid debet, nec ex-  
oluit id quod debet, parum virum esse. Cætera deum Opt: Max: sua  
bonitate & clementia effecisse. Quin & istum ad iustissimam fusi-  
piendam tuendam q̄ animi vigorem non in se esse, sed coelitus acceptū  
Itaq; quoad potest laudum suarum decora extenuat, & soli deo victo-  
riæ huius gloriam afferit. Verum inquis cur hoc non debeat? Tu bo-  
ne da alterum qui idem præstet. Philippus ille Macedo Alexandri isti-  
us pater cæsis Atheniensibus, captiisq; nobilissimis viris a victoria se ver-  
tit ad coniuia, ibi cum perpotasset, efferretur q̄ morosius, gestiret insa-  
lentius, quid se deceret oblitus, intuens illū Demades orator, & veluti  
cōditionis suæ oblitus ( erat enim et captiuorum numero ) sic cōpellasse  
traditur si rentem vino regem. Tu rex cum Agamennonis personam  
præte ferre debeas, Thersites imitari maluisti? Quia nota aspersus & re-  
uersus ad se rex, corollas reicit, & se ex hominum conspectu subdu-  
cens quid designarit expendit, tantum q̄ absuit ut iniquius iustum tule-  
rit reprehensionem, vt etiam monitorem suum cum cæteris Atheniensi-  
sum captiuis liberum esse iussit, merito igitur eius laudatur a quantis  
mitas. Sed purior laus est eius, qui perpetuo Agamennonis seruata per-  
sona talic castigatione non egit. Est quidem Macedonis non contem-  
nenda modestia, sed tamen infecta, sed tamen ab iis profecta initis, ab  
hoc fonte deriuata, qui saliens harena mōra riuum non adeò purum  
deriuat. At Hessi sine sorde, sine labe, sine magistri monentis voce sua  
est & solida & syncera cum modestia tum gloria. Accipe igitur claz-  
tissime princeps laudes te dignas, non quidem a me qui multo lumen infe-  
rior q̄ ut minima ex parte mea oratio tuis respondeat virtutibus sed a  
schola hac tota, quæ tua gloriae, factisq; tuis responsura aliquando inge-  
nia, tua liberalitate curam sui habente rōuet fouebitq;. Auditis viri  
ornatussum res magnæ tum fortunæ tum fortitudinis, quæ tamen maio-  
res multo videbunt, si quomodo se gesserit, quomodo militem in of-  
ficio continuerit q̄ peritus rei militaris, q̄ tenuerit & sanctus disciplinæ  
sit magister audieritus. Cum enim haberet militem vndiq; gentium  
excitum, veteranum, exercitatissimum inuictissimum, ob fælicem rerū  
periculosis marū successum ferocientem, sedulam tamen nauauit operam  
ne tam

ne tam impotentis animi miles quicq; prædaretur, latrocinaretur, pro  
libidine ageret, neve quicq; cōmitteret, quo ificeretur infamaretur q; tā  
iustæ cause vindex exercitus. cauf, vt quemadmodum belli causa pia  
fuit, ita magna cum innocencia bellum gereretur, nihil igitur eiusmodi  
querimoniarum auditur, in quas animi tam feroceſ nunc; non cadunt.  
Quis i natura rerum esse posse credit, vt bellū tam ingentibus ceptum  
conatibus, fine cede, rapinis, incendiis, furtis, stupris, raptib; incæſtis q;  
gereretur: at videmus sine istis calamitatum pestib;, hoc bellum gestū  
hoc victore p rincipe. Siquidem in ipso prælio, in quo resistens fortissi-  
mus Heros Philippus Bauarus, non nisi ingenti accepto vulnere cessit,  
hostili cessione contentus Philippus Hessus, ciuib; parcer e iussit peper-  
cīq;. Tum non sine ingenti merore, vulneratum Bauarum tulit et dedi-  
tione Aspurgi facta, magna cum facilitate dimisit. viraginē quo q; ista  
tam virilis animi, quæ ab Auraco defendere hostem se posse confidebat  
familiarissime appellatam & laudatam dimisit. Ceteris q; omnibus de-  
ditionem facientibus tam mansuetus apparuit, vt qui nihil vnc; aduer-  
sus ipsos ne cogitasset quidem. furtis rapinis q; cauif liberali stipendio-  
rum solutione vtc; stipendiis suis contenti ab iniuria deditiorum sibi  
teperarent milites sedulo orauit exorauitq;. In raptiores & incæſtos me-  
ritis paenit se animaduersurum minatus, libidinem impotentū animo-  
rum cohercuit, ipfe nunc obeundo nunc obequitando vbiq; adeſt, &  
fortiter factis p ræmia largiendo, desidia inertie flagitiisq; multam  
dicendo, pacientissime labores, æstu vigilias famen etiam. & sitim  
ferendo, exemplo efficit vt ametur virtutum omniū exemplar & spe-  
cimen, simul q; timeatur virtutis veræ rigidissimus custos. O prudenti-  
a singularē, o moderationem sanctam, o iustitiam sacro-santam, o  
fortitudinem admirandam, preuides sagaci ingenio infinita bellorum  
mala & anxie cogitas, inisq; rationem ne iustissima belli causa, alio-  
qua impietatis labo confpurgetur, victoriā habere vis eam in qua no-  
modo hostes verum etiam vi toris exercitus audacia superet. Hę sunt  
veræ cōsumatae q; summi p rincipis virtutes uno frugalitatis nomine cō-  
tentæ, qua de prouerbio dicitur. Hominem frugi omnia recte facere. Is  
frugi homo tu Illustrissime princeps, omni bonæ frugis natus & educa-  
tus, omnis frugis bonæ caſtos. Sed modum facio, non inuenio, quis  
enim tot egregias diuinitatis animi tui dotes fatis p rædicari aut vnam  
quandam virtutum tuarum pro dignitate laudarit. Itaq; quod ultimo  
loco restat dicendum de euentu videlicet tantorum motuum, quis Co-  
smicus insperatiōrem, quis Phormio optatum magis, quis Amphitruo  
minus expectatum euentum est sortitus?

D.

Divostram fidem, q̄ sepe forte temere

Eueniunt, quæ non auditas optare?

Hesus vix dum adolescentiam egressus, sed omnibus & corporis & animi virtutibus Hæros insignis, mouet in totius Europæ potentissimos principes, sic enim fama est, iisq; ducatum eripit, si hoc est eripere, fugato contra leges suum restituere. Ea enim est celitudo etq; modestia ut ne cogitarit quidem vñq; eis bellum inferre, quos se superiores agnoscit & reueretur: necq; quicq; se eripere posse confidit, necq; velit eis quos sua sponte non magnificaturos exploratum habet. Sed quæ res maiores vñq; excitauit Tragedias, q̄ viros principes raro suis, s̄xpe aliorum stare consiliis? Quam rem dum secum honesta ratione putat Quid tu putas cum tantas res ob pessimorum hominum pessima consilia pararet cogitarit? Quid de se futurum ( licet se in his terrenarum misericordiæ angustiis nihil aliud q̄ humana exspectare semper proedict) qd de nobis illissimæ vxoris de dulcissimorum liberorum, desubditorum omnium fortunis crediderit, si res aliter q̄ decreuerat ceciderit? Verum cum suæ nullæ alias securitatis cōmuniq; libertatis viam animaduerteret, vim & potentiam aduersariorum expenderet, fraudem eorum quos nunq; non suspectos habuit vereretur, Quid faciat? Scit se apud maximos orbis Christiani proceres longe graciissimum esse. Non ignorat quam apud liberas imperii v̄rbes habeat autoritatem. Sed longe grauissimum est occurrere illis, qui terra mariq; dominantur. At quantæ calamitatis inermem, nudum, sine præsidio, sine sublido semper esse expositū obiectum q̄ animis hostilibus, eis q̄ derisi fieri? Tum miserrimum est aiunculum principem perpetuo exilio damnatum esse, tum filium, nondum conuicti criminis parentis ferre iniquitatem. Alios eius regni tenebre principatum, cuius ipse sanguinis iure esse posset, si ita fata ferant. Videl manifestam sanguinis labem indicta cauila. Quinetiam animaduertit eruditiores aliquot non malos homines, sed ebrios eius errore qui superioribus annis tam fortiter ad Tribunal Cæsaris & ad vniuersitatem Germaniam clamauit & declamauit, adhuc deinceps Tyrannidem principis Vlrici traducere traducturos q̄ n̄ intercedatur, ad posteros. Rursus te obiicit vigilansissimo principi delertæ, si tantis cum copiis alio proficiatur, patriæ imago, difficultissimum sibi futurum, foris lacescere hostem & eodem tempore domi patriam defendere. Cogitat q̄ magnas res animo concæperit q̄q; magno viro sed Hercule tamen dignas. Non tamen viri esse metus cauila non modo perpetuo periculo, verum etiam templerne infamiae esse obiectum subiectumq;. Qui recta & hoc clara

secum puer, adiūciat modo manū honestis cogitationibus, dēū optimū  
maximum rem iustam & honestam optimo fine deducturum, & tur-  
bulentos licet, non tamen impios motus in tuto collocaturum. Ia  
igitur qui diuinorum istorum luminum, quæ nunc progredi nunc re-  
gredi p imperio conditoris videmus, vires annuo cursu tēperat, in cui-  
tus manu etiam regum corda sunt posita, is inc̄ bonæ causæ vindicem  
neq̄ cedendo vult contemptui esse, neq̄ progrediendo sanguine pol-  
lui innocentis multitudinis. Respicit idem bonorum omnium autor ad  
Genuinam Cæsarum cum clementiam, tum pietatem, erroreq̄ iniqua  
consulentium deceptis lumen promit iustitiae & veritatis. Relpicit &  
preces populi Christiani nihil aliud ex tam tristibus ceptis q̄ Germaniæ  
ruinam q̄ orbis confusionē & extrema quæ q̄ expectantis, qui q̄ om-  
nia vt prudenter sic utiliter administrat, is corda temperat regū & prin-  
cipum adeo, vt ex tot malorum imminentiū expectatione liberati, red-  
ditam nobis pacem, nos libertati videamus, ex qua parum aberat quin  
deciderimus. Ecquis erat modus, quæ condiciones tam inopinati fœde-  
ris? Confirmat Iacro sancta Romani imperii maiestas Ferdinando regi  
securus redditur patrii regni retinendi Vlricus dux, stabilitur pax rerū  
omniū maxima & iucundissima Philippo Hesso. Secura redditur tur-  
barum omnium Germania, Spes est certa futuræ mox inter oēs Christi  
anos principes concordia, reddituraq̄ imperante Carolo Maximo sem-  
per Augusto aurea augusta q̄ secula. O Mutationem letam, o fœlicem  
& eo fœliciorem quo minus prouisam & præmeditatam, neq̄ alium  
de q̄ a diuina prouidentia destinatam, o principes optimos & sapien-  
tissimis: optimeq̄ de humano genere meritos. Quis nunc dubitet de can-  
dore tuo Alberte Brandenburgensis Archipræfus Moguntine. Quis  
non laudet & prædicet probitatem tuam Ioannes Friderice Saxo, quā  
a patre Ioanne & a patruo Friderico acceptā nomine præfers, & factis  
refers, o te nunc tandem optime meritum de Romano imperio eiusq̄  
dignissimum fastigio Ferdinandum Cæsarem inuictum? Neq̄ enim  
vñq̄ es vīctus, sed quæ sola est & verissima vīctoria, vīcisti te ipsum,  
vīcisti affectus tuos, quibus si indulgere q̄ resistere maluisses, si vires  
experiiri tuas, quis no vīdet quāti motus quantæ cædes futuræ fuissent  
nihilo vīcto deteriores q̄ vīctori, nihilo vīctori letiores q̄ vīcto ma-  
luisti ab exiguo cadere ducatu, q̄ līc turbari Germaniā tuam, etiā si citra  
dispendiū tuū, istæ turbæ esse potuissent. Neq̄ tamē nō tuus est dīcat.  
Te enim p tanto beneficio quod cedendo cōtulisti dīm & Augustum  
sūū ac cognoscit Vlricus Austriacæ salutis & Germaniæ pacis imper-

studiosissimus, Agnoscit Hessus te Cæstrem, agnoscit Orbis Christiani defensorem & protectorem suum. Habes deuotum fidei tuæ Philippum Hessum Imperij, cuius acceperisti habenas columnen, cuius rata est industria, ut tibi tuæ q̄ Germâia vrgentib⁹ reb⁹ maximo usus esse debeat, cuius tanta fides vt velit, cuius militaris disciplinæ pericia rata vt possit. Habes ob ista animi tui moderationem, deuotos omniū cū popularium tum principum virorum animos, prudēt, juste liberaliter fortiter q̄ a te factitatum prædicantium. Non es degener a Fratris Caroli Imperatoris maximi pacatissima natura & generosa mansuetudine Qua sola virtute res publicæ recte administrantur, fortiter regna seruantur. Imperia iuste & Legitime gubernantur. Non est alienus sanguis penetralium diuinī pectoris tui ab Aui Maximiliani studijs, qui talib⁹ semper conditionibus bella gessit, vt pace frueretur orbis vniuersus, nō deficit ab abavi Friderici moribus qui nominis sui appellatione rebus ipsis nūc non respondit. Viuit in te Imperatorum Alberti proauis & Sygmundi Bohemorū regis studia, quorum ille fortissimus imperator, hie optimus omnibus saeculis prædicabunt. repullulascunt in te virtutes tot maiorum tuorum regum & ducum qui vix numerari possunt, quos q̄ vnuus tui generis sanguis non modo roti Europæ principes, verum etiam aliarum mundi partium, rebus publicis & regnis dedid, viue, vale, & impera, Impera dummodo nos liberi, quandoquidē hoc vnum. summi imperii maiestas, debet suis, vt in libertate viauant. Esto, hæc barbarorum regum lex, seruitutis iugo fatigatos, Iastatos confectos & enectos videre populares. Quod regnum neq; Roma ni imperii maiestas vñq; tulit, neq; Germanorum libertas vlo tempo re ferre voluit. Tu æquitatis plenaes leges dictabis, easq; sacrosanctas tueberis, earum q; defensarū nomine Augustus, Cæsar, & paterpatricie censebris & quasi numen quoddā coelitus acceptū vocaberis in terris, dubio procul ob istas animi tui virtutes in deorū numerū referendus. Tu cum Carolo fratre ultra Herculis colūnas p̄gressi, velutī duo Atlantes molem totius vniuersi sustinebitis, quæ tantarū rerum moles eo tolerabilior vtricq; vestrū erit, quo plures Hercules, vestra clementia, æquitate & iustitia vobis conciliaueritis. Audisti Rudeli Rector Magnifice, Audistis viri ornatissimi ex quanto rerū turbine eruptos nos, diuina benignitas, temperatis regum Hæroum q; sanctissimorum animis, in tuto collocarit. Audistis causam, rem gestam, & Euentum reliquū est vt deo Optimo Maximo gratias agamus, ne in gratitudinis in deum, adeo q; impietatis rei, expectatione deteriora aliquando accipiamus.

Proinde:

Poinde, Deus optime Maxime , ad genua tua supplices accidimus, tibi  
nos deuouemus dedimus q̄, Te deum agnoscimus, colimis  
& adoramus. Te fontem omnis boni prædicam⁹, tibi ob res tantas mo-  
tas ad publicam omnium salutem (siquidem hinc te reuereri didicimus)  
tibi ob res tantas compositas & pacatas (siquidem hinc bonitatem tuam  
recognouimus) magna mortalium omnium expectatione et desyderio  
Trophæum erigimus, Non ad Neccari fluenta, Non ad Danubij pro-  
funda, Sed in Campo misericordia tuae, ad quā genua cordis nostri fle-  
ctimus orātes ut quam pacem populo tibi deuoto præstisti a terrenis  
motibus & inquietudinibus, eam cordibus nostris infundere, penitus  
q̄ imprimere digneris, ut tibi hic totis cordium nostrorum visceribus  
seruientes, tecum post hanc mox interituram vitam, celesti & nuncq̄ in  
teritura pace fruamur.

Restat ut & te pulcherrima letissimac̄ iuuentus adhorter, ut quæ tua ē  
adhuic innocentia et simplicitas, qua potes dulcedine deo optimo maxi-  
mo agas gratias, qui tibi patriam quietam, parentes indemnes, studia  
curis libera tribuit. Agite ergo pueri dulcissimi agite, et meum secuti car-  
men, vincite voce studio et affectu, affectum ultima fere canentis cigni.

### ODE PSALMI DECIMI SEPTIMI.

Carmen cœlitibus nouum  
Phœbœo pueri dicite Barbito.  
Fecit grandia Jupiter  
Magnus salutifica qua potè dextera.  
Ipsò autore salus louis  
Cunctarum obuolitat lumina gentium  
Nec quisq; dubitauerit.  
Iustum nosse deum rebus in omnibus.  
A Eterni memor hic boni  
Ne sit condicō foederis irrita  
Israele potentius  
Erepto, videat mundus opem facit.  
Omnis terra colat deum  
Regi cœlitum Tympana concrepent  
Et percussa sonet Chelis  
Tum cornu obstreperans buccina ductili

Formosæ oceani deæ  
Fallacieq; Thetis dedita protheo  
Nereo & dryades patre,  
Saxosis soboles ædita montibus.  
Coram, quum domino venit  
Terras iusticia cernere viündice  
Consultrix dirimeret simul  
Concordi populos pectori quum æquitas.

Mira cum  
allusio tū  
allegoria

### CHORVS PVERILIS.

#### ODE PSALMI CENTE; QVA dragesimi Tertiij.

Gratias summo referam tonanti  
Qui meos seuum digitos in hostem  
Erudit, præsens Geniciq; spenrit  
Cuius obseruo maneoq; numen, (Prælia Martis)  
Quem redemptorem memini paratum,  
Arce qua fido, dimicansq; scuto  
Subiicit nostris populos feroceſ  
Ille decretis, domat ille rector  
Efferoſ, calces prohibens acuto il,  
Ecquis est tanti facias ut illum? (Idere clauo  
Lapsa mortali soboles ab aluo  
Dilperit q̄stum est hominum, caduca.  
Ipſe ſi celo venias ab alto  
Si tuo ſument iuga ſumma tactu,  
Si Choruscant ministeris igne.  
Presto ſublimi veniens olimpo,  
Dextera ingentes cohibeto fluctus,  
Hostium & ſæuas prohibeto vires.  
Lubrico quorum mera verba ab ore (Sæua volentum  
Dentium haud vallo cohibentur vlo  
Et voluntatem ſequitur ſinistram.  
Vt Deo laudis recinam parenti (Dextera fallax  
Carmen, vt denas Chelis ipſa chordas  
Tendat, Alcæo lira grata plectro.  
Qui beas reges opifer ſuperbos  
Cuius et strictas famulus ſecures  
Prouida David fugit vſcq; cura

(Tutus & enſes

Hostium

**H**ostium vires minuens superbas  
Dextra consentit scelerata quorum  
Editis nulla ratione verbis  
Fili plantasadolendo vincant,  
Filiæ templi similes columnis  
Moribus comptæ niteant pudicis  
Copia cellas strue liberali  
Greco per cunctos sobolescat agros.  
Et recenlendo repetita vincat.

(Eripe seruos

Reddito thauros habiles aratro  
Nec ruinosum vitiumue vici  
Audiant nostri, procul ita tristes

(pectore casto.

Elle felicem populum fatentur

(Milia proles.

Est loco cuius domus omnis illo  
Sors, pecus, promus, teneroq; molles,  
Elle felicem populum fatentur  
Cui fauer magni dominator orbis  
Haec midæ inmensos superans accruos

(Ite querelæ.

(De grege foetus.

Carminibus Tonantem

(Copia vincit.

Ode Psal.  
Ceneli: de  
cimiceti

Gentium q̄tum populorumq; agitis per orbem

Concinite Heus supremum

Indies q̄do bonitas pullulat indies q;

Illius, & futuris

Stat fides seclis, necq; fint pacta habitura finem.

Gloria sit parenti,

Eius & nato, pariter spirituiq; Sancto.

Sicut erat sub ipso

Conditarum primitus ortu, mediisq; rerum

Temporibus, suisq;

Seculis cunctis honor hic, perpetuumq; numen.

### GRATIARVM ACTIO.

At quid gracie vobis referam viri præstatis. Cōmēdabo ego vos  
pro suis quicq; meritis, pro suis quenq; virtutibus. Qua in re tantum  
abest, vt cuiusq; gratia hac saltē ratiōe venari studeam, vt verear etiā, ne  
plāerosq; vestrū hoc laudandi genere offendā. Gaudet Næuanus ille  
Hector laudari a laudato viro. Quod si abest a me vitæ grauitas, si cōstā  
ta, si fides, quis vestrū a me laudari velit; sed vt absint hæc a me, num

quæ recte a vobis facta fieri e p̄dantur, minus cōmendabilia erunt  
vt cūq; de me iudicatum erit, nihil impedimenti obiectum iri confido  
quo tu Ioannes Rudeli, Rector magnifice, minus recte a me p̄dicere,  
non modo ad iuris vtriusq; prudentiam liberaliter institutus, verum  
etiam natus. Iстam enim morum tuorum facilitatē, istam erga cuiuscūq;  
fortunæ homines benevolentiam, istam etiam ingenii dexteritatem, in  
contemnendis opib; negligentiam, in cōponendis litibus diligentiam  
in causis fidem. Hęc inq; a natura ego foecilius manare q; ab ullis p̄  
ceptionib; & artib; pertinaciter contenderim. Sequitur ordinis theo-  
ologici antistes & Euāgelicæ veritatis per Hessiam preco insignis Ada-  
mus Crato Fuldensis, quem persona quam gerit me melius cōmendat.  
Quis autem dubitet, qualis inter parientes priuatos sit, qnem omniū to-  
tius Hessiæ Ecclesiæ oculis uspiūnt? & ab vno hoc, pie & religio-  
se viuendi petunt exemplum: cuius sedulitate, & studio apud princi-  
pem nostrum Musæ ceperunt gratiosæ esse. Ita q; quotquot sumus lice-  
ris æquiores, quomodo in illum iniqui simus? Simus autē iniqui plae-  
ri q; nostrum, si ingratia erga eum, qui nos in tanti Mocoenatis familiariz-  
atatem insinuauit. Ab huius latere defuderatur vir Euāgelicæ autorita-  
tis istius, quam in Episcopo debere effulgere tam serio mandat Aposto-  
lus, Erardus Snepffius, trium linguarum peritus, cuius in pauperes li-  
beralitatem multi in multis defuderant, in hoc vnicce admirantur. Re-  
deo ad Iurisperitorum classem, in qua eminent Ioannes Ferrarius sacra-  
tiss; legum doctor & huius laudati nobis principis a consiliis, vir intea-  
gerrimæ vitæ, cuius ad oēm posteritatē transmissa volumina, autorē se-  
ris etiam nepotibus cōmendabunt. Habet is lateri proximos, hospites  
multo iucundiss; Herdenios. Mathiam patrem, & lo: Mathiam filium,  
quorum in agendis causis, cum industria, tum fides, imprimis autem in  
reorum & calamitatibus affectionum hominum defensionibus diligen-  
tia, passim celebrantur. Tanto est defendere q; accusare prestantius. Quid  
memorem Aesculapios meos Megebachum Doctorem patriæ nostræ  
decus, & Anto: Nigrum Poetam laureatum: quorū Megebachus Prin-  
cipem in castra fortis securus pectore, earum rerum fuit spectator, quarū  
nos centesimam vix partem attigimus, vter q; autē oīl cum Home-  
ro & Demosthene (cuius Antonius oratiōes aliquot latinas fecit) atti-  
cissantes, nunc cum Hippocrate & Galeno doctissime scitissime q; mede-  
tur. Traditū Chiron ille Centaurus Achillem cythara, astrorum sci-  
entia Herculem, Aesculapiū in re medica erudiisse, quorum tamen omni-  
um quoniam & in re militari, in q; terrarum orbem monstris pur-  
gando

gando, excelluit industria, putō nihil secius etiam horū officiorū partem ad Chironem peruenisse. Non aliter iuste fortiter & pie edocuit ab Heiderico Grebenio Hessorum Philippus, quibus aliis innumeris excellit virtutibus, debet earū bonā partem tam casto acceptam referre magistro. Vnica est hec sancti praeceptoris merces, optimi exempli discipulus, quæcumq; vnde cumq; vbi cūq; is dícerit. Ecce a latere venerabilis domini facultatis artium Decani Sebastiani Augusti Hebrei affíniem eius Valentini Brulerum, cuius fidei, curialis iuditii secreta committunt. Tum Ioannem Thennnerum Senatorem prudentiss; & rei nostræ Scholasticæ dispensatorem & Architectum. Ioannem Lonicerum & totum Senatum trilinguem, aliarumq; artiū liberaliū Professores Rhetoras, Dialecticos & Sophistas, Mathematicos etiam, & quarum cunq; professionum doctores & magistros, quorum oīm quæ sit erga principem nostrum voluntas, ex doctissimarum frontium hyilaritate appetat. Sed non simili ratione tu præteris debes Ioannes Glandorpi qui scrius veniens, vltimum pene locum es sortitus. Tu certe in quauis optimorū virorum frequentia multis es ante ferendus. Sic enim græcas disciplinas didicisti, vt Germanam in te constantiam nihil infecerit, sic latinas vt multū accesserit, sic in omni antiquitate iuuenis licet versatus, vt faciendorū dicendorūq; exempla semper tibi sint in parato. Iurisconsultus etiam non menstruus tantum, ne audacia magis q; prudentia in te notetur. Et tu Plateane, quem vītæ simplicitas & candor & eruditio singularis merito omnibus commendare debet, vos inq; vos omnes vieti præstantis: Doctores, Magistri & professores, hospitesq; longe gratiis: & cives optimi, quandoquidē tam sedulo tamq; diligenter silentiū Rhetorculo mihi p̄buitis, idq; amore & fide erga principē vestrū imō nostrū illūstriss: Sicubi mea opera vobis aliquā vīlus erit mevobis p̄ ista vestra æquanimitate perpetuo obstrictū et deuinctū habete et valete.

## VENERABILI DOMINO CONRADO

Hertwigo Presbitero et Paroeciano in Kirch  
dorff Hospiti & amico veteri.

**C**Xigis tu quidem satis pro imperio, vt Sacrorum elegias, quarū apud me vīdisti inscriptionem & argumenta, prodeant tandem in lucem, & domini fidem liberent, quam is illarum nomine iam pridem obstrinxit. Neue Thematum superioribus diebus ppositorum resolutiones diutius lateant, harum enim editione confidere te dicas, illorum obuiam erroribus iri posse qui præsentiam corporis et san

guinis Christi in Eucharistia negant, nulla alia ratione persuasi, q̄d quod  
erassi crassis sapiunt. Tertio loco vt in publicum studiorum v̄lum & ea  
oratio edatur, quae de vera et pie philosophandi ratiōe est a me habita,  
in hac enim satis supq; ostensum aliteris q̄d nō modo v̄tilis, verum etiam  
necessaria sit humana philosophia ad diuinæ sapientiæ vberiorē lanio  
rēc̄p̄ intellectū. Sed tu vide an temere promissorū iusta sit exactio. Sunt  
enim vt noua oīa, ita nō parū p̄futura, si tam luculenter in hominū ma-  
nus veniant, q̄d sunt promissa magnifice. Nec parum vereor ne glorio-  
sum hūc militē tantarū pollicitationū difficultas opprimat. Quid enim  
difficilius q̄d septē elegiis oīem Christi vitā, adeo q̄d totius Christianæ pie-  
tatis religionē cōprehendere. Habet prima angelicam virginis Mariæ  
salutatiōem, & piā cognatae annus visitatiōē. Quæ illā sequit̄ natalē ce-  
lebrat Christianū, quā etiā tertio anno in magna Academiā frequentia  
cecinim⁹. Tertia exhibet puerū Hiesum duodecimo ætatis anno inter  
legisperitos de legis arcanis differentē. In quarta venit dñs Hiesus ad Io-  
annē baptisand⁹. Quīta Apostolicorū pedū litionē subiicit. Sexto loco  
Eucharistia est, quā iterū in magna eruditiss. Icholæ nostræ hominū celebri-  
tate altero anno recitauim⁹. Ultima Pētecostē celebrat quā p̄ximo an-  
no actur⁹ erā cōlebri die, nī febris intercessisset. Et in Eucharistia quidē et  
in Pētecostē specimē quoddā dedim⁹ ei⁹ sententiae, quā tam cōstant alle-  
rim⁹ de cognatiōe humanæ philosophiæ et diuinæ. Itaq; prior illa, e Pe-  
ripateticorū schola, phisicarū rerū mysteria arripiens, ea applicat nostræ  
de Eucharistia sententiae, & causam extra ambiguitatis periculū ponit,  
ob quā tam misere, ne dicā impiā cōflictant, qui Phisicarū rerū aut nul-  
lam aut nō sanā habent cognitionē. Pentecostē vero præter alia a Phisi-  
cis petita, oīm fere philosophorū de rerū inicis et creatiōe opiniōes ad sa-  
nū et syncerū trahit intellectū, vt operæ preciū sit videre, q̄d diuina boni-  
tas eriā gentiliū philosophorū pectora nō plane rudia ieiuniaq; esse siue  
rit, quo magis suū lumē est cōmunicaturus his, q̄ipsum reuerent̄ agnos-  
cūt et adorat. Iā q̄tæ molis est elegiaco carmine hoc est tenui et deducto  
oratiōis genere res grauissimas, adhuc difficiliorū q̄si mixturiς tēpatas  
sic tractare vt hūic carminis generi nō desistua dignitas. Tū poetico lepo-  
re sic alpergere vt ne gratiam amittat Elegia si hoc careat, & eo tempera-  
ta, salua tamē sit rerū maiestas. Sed ista tum v̄idebunt, cū perficta fron-  
te iudicio me subiecero lectorū. Itaq; deus nouit, an ista sine vñq; in luce  
p̄ditura. Habebor dubio p̄cul superstitiosus qui talia curem, sed malo  
superstitiosus haberī, dum aliquid coner, q̄d ebriosus si cessebam. Nam qđ  
altero humana philosophiā ad tamore diuinorū oraculorū perceptionē  
necessaria

necessariā esse, tale est, quod nemo negare aūsīt, nīsi qui e studiis nō pie-  
tate sed lucrū petīt. Itaq; obgānnūt mihi isti, sacrarū literarū lectionē so-  
lam ad pietatem sufficere, quasi ignorem⁹ deū etiam alīnos facundos fa-  
cere posse, modo id expediat, aut expediri velit. Queris quid interim  
faciā, ego valetudinari⁹ iam Davidicis odis Horaciano metro adstrin-  
gendis me oblecto, quae voluptas tanta est, vt vix putem dormiendū  
mihi, nīsi etiam ad lyrā diuinī isti spalmi conantur. Hec currenti calamo  
respondere visum est, tu interim vale, & senectutis tuae rationem habe  
quod ut facias mandat magnificus Academiæ nostræ Rector, Ioannes  
Rudelius, qui te ob istam tuam singularem cum liberalitatē tum hospia-  
talitatem amat plurimum. Marpurgi Anno M. D. xxxiiij.

IO. GLA NDORPI MONAS-  
TERIENSIS EPIGRAMMA,  
IN AS. BARBATVM

Hactenus arguto, q̄ plurima carmine lūsit,  
Barbatus melici dux q̄ decusq; chorū,  
Suspexit latīx doctorum concio linguae  
Tanta est suauiloqui cura leposq; viri,  
Idem nunc aliud numeris pedibusq; solitus  
Exhibuit ventre liberioris opus,  
Principis Vlrici, q̄ Suevia gaudet alumno  
Fortunam memorat, gesta q̄ bella refert,  
Bella, quibus magno vires cogente Philippo  
Hessicas, patrii sceptra recepit agri,  
Non dubium capto lector quin candide gustu,  
Tota sit arbitrio res placitura tuo,  
Vulgo multa nouos cōmendat gratia libros,  
Tentum concinna garrulitate bonos,  
Quanto dignior hic plausu, q̄ terlus vtrum q̄  
Delicias auris, pabula mentis habet,  
Quod si igitur gemino iucunda & idonea fructu  
Carpere vis uno condita multa libro,  
Perlege que genio minime sunt scripta sinistro,  
Barbatum q̄ suis fac comitetur honos.

Excussum Marpurgi per Fran-  
ciscum Rhodum in Cam-  
po Elyso.

1863651

**AD LECTOREM.**

Si nimium quædam, si quæ minus ampla videntur,  
(dummodo mentiri, dumq; nocere cauet  
Temporibus dum vult æqualis pangerè versus)  
Ingenio poteris & simul arte capi.